Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26131
Copyright: Admont, Benediktinerstift



diuidere cupientibus· ut ab omni
auaritia cauerent· aut duobus fratribus·
Hominis cuiusdam diuitis· ube
res fructus ager obtulit· et cogi
tabat intra se dicens· Quid fa
ciam· quod non habeo quo con
gregem fructus meos? et dixit·
Hoc faciam· destruam horrea
mea· et maiora faciam· et illuc
congregabo omnia que nata sunt
michi· et bona mea· et dicam ani
me mee· Anima habes multa
bona posita in annos plurimos·
requiesce· comede· bibe· et epu
larare· Dixit autem illi deus· Stul
te! hac nocte repetunt a te ani
mam tuam· que autem parasti cuius
erunt? Quid itaque dementius·
quam in adquisitione tocius mun
di letari· et unius anime perditio
nem incurrere? Unde et dominus
in euangelio dicit· Quid prodest
homini· si uniuersum mundum
lucretur· et anime sue detrimentum
patiatur· Et rursum· Quam
dabit homo commutationem
pro anima sua? Tu autem

o babylonis incendium· animam
tuam terrenis commodis uen
ditans· pauperi dicis· da! da hoc
aut illud· quia si nunc dare nolu
eris· gaudebis postea si potueris
dare· renitentique crimen inpingis·
repugnantem uinculis astringis·
uerberas et cedis· et sic quoque pacto
ad rem desideratam pertingis· Hec
insatiabilis lues· ecce quantum
concupisti· forte totum acquisisti·
puta quia somnium uidisti· non
est uerum quod uidisti· non est
tuum quod possedisti· quia sicut
nichil in hunc mundum ueniens de
fers· sic nec rediens de mundo ali
quid tollis· Pauli uox te conuenit·
Nichil intulimus in hunc mundum·
sed nec auferre quid possumus·
Iob quoque similiter· Nudus egressus
sum de utero matris mee· nudus
reuertar illuc· Hinc idem de quo
libet modo opulento· ac futura
non prospicienti dicit· Diues cum
dormierit· nichil secum aufert·
aperiet oculos suos· et nichil inue
niet· Apprehendet eum quasi aqua